



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

LI. Securitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

illo, in loco qui dicitur ille, quæ cō-
tinet aripennos tantos , subiungit
de ambobus lateribus, & ambobus
frontibus terræ lui , infra ipsam ter-
minationem, & mensuram ad inte-
grum, & usque ad annos tantos fru-
ctum , quem ibidem Deus dederit,
ad partem tuam habere debeas , &
ipsam vineam condire facias: &
quomodo cum ipsis fructibus tan-
tos annos transactos habueris , &
debitum tuum tibi reddidero, cau-
tionem meam per manus recipiam,
stipulatione subnixa. Actum illo.

L I . S E C V R I T A S .

Non minima, sed maxima ver-
titur discordia inter illum , &
illum. Venientes in loco illo , ante
bonos homines, repetebat ipse ille
in causa sua , vel coniugis suæ il-
lius, aduersus ipsum lui, dum dice-
ret, eo quod ipse genua sua impin-

S iiii

xerit, & super filiam eorum, nomine illam cessisset, & ipsam ibidem occidit, sed ipse ille hanc causam minime potuit denegare. Exinde taliter ab ipsis bonis hominibus fuit iudicatum, ut illam leudem, ut lex erat, ipsis lui soluere deberet: quod ita in præsenti fecit, & seruum suum nomine illum, vel aliam rau-pam ipse ille pro illa leude, ipsis lui, vel coniugi suæ illi, in quod eis be-ne complacuit, dedit. Propterea iam dictus ille, & coniux sua illa hanc securitatem in ipso illo fieri, & adfirmare rogauerunt, ut nullo un-quam tempore de iam dicta causa, nec de illa morte, nec de ipsa leude, nullas calumnias, nec repetitiones, nec fatigations, nec nos, nec ullus de heredibus nostris, nec quælibet opposita persona agere, nec gene-rare, nec repetere non debeamus. Quod qui attentauerit, & à nobis

vel heredibus nostris defensatum
non fuerit, inferamus tibi una cum
socio fisco auri vncias tantas, argen-
ti pondo tan. & praesens securitas
omni tempore firma permaneat,
stipulatione subnixa. Actum illo.

LII. DONATIO AD FILIOS.

I Ex & consuetudo exposcit, ut
quæcumque persona natura-
les filios habuerit, & alios plures no
habuerit, si eos in sua voluerit insti
tuere hereditate, qualiter voluerit,
& suo penitus arbitrio faciendi hoc
quod voluerit, liberá habeat pote
statem. Ideoq. ego ille, dum non est
incognitum, vt fœminam aliquam
bene ingenuam ad coniugium so
ciaui vxorem, sed talis causa, vel
tempora me oppresserunt, vt char
tulam libelli dotis ad eam, sicut lex
declarat, minimè concessit facere,
vnde ipsi filij mei secundum legem